



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Casus specielaes, in hac Diœcesi reservati, si sint publici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

XI. Parens, filios opprimens; aut quæcunque persona, in se vel aliis procurans abortum & sterilitatem.

XII. Sacerdos, absolvens excommunicatum majore (ut vocant) excommunicatione, vel hæreticum, sine speciali commissione; vel sepeliens usurarium manifestum.

### CASVS COMMVNES.

*In specie vero sequentes casus manifesti, non tamen occulti, in hac Diœcesi reservati.*

**F**ornicatio cum filia confessionis.

Concubinatus publicus, & vaga fornicatio.

Revelatio confessionis.

Furtiva susceptio sacrorum Ordinum, sine debita licentia & dimissorialibus, ab alieno Episcopo; aut cum, Censuris irretitus quispiam, Ordinem suscipit, aut sine Ordinibus celebrat aut ministrat.

*Casus reservati Laicorum.*

**M**atrimonium contractum cum alia, conjuge adhuc vivente, scienter, aut antequam de morte prioris satis certificetur; aut clandestine initum, non servata forma Concilii Tridentini; machinatio in mortem conjugis, morte secuta.

*Casus reservati, Clericis & Laicis communes.*

**H**omicidium voluntarium, factum, præcepto, consilio vel consensu deliberato commissum.

Sacrilegium in re vel in persona.

Incestus cum consanguineis & affinibus, gradu à Concilio Tridentino determinato.

Adulterium.



Raptus.

Procuratio abortus vel sterilitatis.

Incendium Ecclesiarum, domorum, aut segetum, malitiose factum.

Pollutio Ecclesiæ, cæmeterii, sanguinis vel seminis effusione; violatio immunitatis & libertatis Ecclesiasticæ.

Item veneficium, fortilegium, divinatio, incantatio, cum pacto Dæmonis expresso vel implicito; & abusus Sacramentorum & rerum sacrarum ad superstitiones & artes magicas.

### Absolutionis forma.

*Cum igitur pœnitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius, & ab eo accepta, salutari pœnitentia, primo dicit:*

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam. Amen.

*Deinde, dextera versus pœnitentem elevata, dicit:*

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster IESVS Christus te absolvat: & ego autoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum & tu indiges. Deinde ego te absolvo à peccatis

tuis,



tuis, in nomine Patris ✠, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

*Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum Suspensionis.*

Passio Domini nostri Iesu Christi, merita beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris & mali sustineris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

*In confessionibus autem frequentioribus & brevioribus, omitti potest, Misereatur, &c. ac satis erit dicere: Dominus noster IESVS CHRISTUS, &c. ut supra, usque ad illud, Passio Domini, &c.*

*Vrgente verò aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:*

Ego te absolvo ab omnibus censuris & peccatis, in nomine Patris, &c.

*Modus absolvendi tempore Iubilæi, quando datur facultas absolvendi à censuris.*

Misereatur tui omnipotens &c. Dominus noster Iesus Christus, &c. & ego autoritate mihi ab eo concessa, & ex commissione Apostolica, Absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, & ab omnibus Ecclesiasticis censuris, si quas incurristi; & restituo te communioni & unitati fidelium, & fan-

ctis